

Quo tibi magni numinis immemor
Cura recessit? Cur fortune
Sydera dubio currere nutu
Inuida iactas? nesciens collo
Vincula domiti seuu Tonantis.
Cur sic detrahis ambitiosa
Summam firmo regem solio?
Cur mentitas crimine diuo
Sufficis aras, atque sinistra
Fictum pascis numen acerrâ?
Sed quid nullis equanda malis
Deteris humili musa, volatu
Crimina, tennes desere modulos,
Iam Dedalear inuade pennas,
Iam sollicita fulminis iras,
Lentos flammis coge Tonantis
Animos miseram perdere gentem:
Non Castalios pota liquores,
Sed Tenarijs horrida facibus,
Et mordaci tristis Iambo,
Preme funerea colla Carthena:
Pereant ipsi miseranda Orco
Turba, rebelles spulent animas,
Et quibus armis nocere Deo
In sua vertant viscera linguas:
Artus proprios dente trucident,
Et semineces viscera pulsent
Carnes, putri lurida tabo
Gutturura pandant, toto rabies
Totoque furor corpore regnet.
Non sit tantis medicina malis,
Non sit membris ulla renatis
Requies, lacerum corpus reparent
Corpore, dentes vacuis urgeant
Dentibus, & dum pallida frictibus
Interruptis flamma micabit,
Subtracta gemat prandia guttur.
Sed quid cæli terræque sator,
(Quem stellifero nixum solio
Humiles metuunt Diuum cunei,
Cæcus acerbas Stygius Draco,
Erebi pestis pertulit iras)
Pia cur tantum brachia torpent?
Tam pius audis crimina, tam pius
Pateris stulte verbera lingue?
Ecquando polus igne coruscans
Metuet rursus Phaëtonis equos?
Nunc nunc atris nubibus æther
Ruat, obscuram condant lucem,
Nunc inuertat squallida mæstos
Cynthia currus, nunc sulphureo
Mæstus amictu Titan radios
Pluat ignitos, perdatque diem.
Non sunt solito ferienda malo
Capita in solio rapta furore.
Tuque, o Ponti mobilis unda,
Quid luctaris scopulis roties
Allisa tuis? frange repagula,
Metas supera, rursus volueris

Delphin pingues carpat oliuas
Arbore summa; rursusque capax
Ore Physter, Pristisue salo
Nota Britanno populætor nefas.
Quondam vestris Virbius integer
Perijt monstris, dum feminicis
Lachrymis motus, genitor subitas
Thalami vindex, arsit in iras.
Tuque, o genitrix inclita Diuum,
Cybele varijs habitata feris,
Latebris seuas excute belluas,
Non est pestis pestibus istis
Furiosa satis: quamuis Python
Dentes acuat, quamuis septiceps
Hydra resurgens vires reparat,
Spirisque liget complexa scelus,
Debilis ultio non erit impio
Iusta furori. Mitte Leones,
Age virgatas pectora Tigres,
Hos Crocodilus lugubres doctus
Simulare dolor, oris hiatu
Sorbeat, auido gutture misti
Gemitus resonent, frustra cruentam
Condat in aluum: sed neque dederint
Sic aequales scelerum pœnas,
Placet Æneæ currere ad artes,
Et Trimacrium torrere bouem:
Placet umbrosas referare domos
Noctis opacæ, terra fatiscat,
Tenebras pandat, & precipiti
Mersa barathro corpora sorbeat.
Agite vltices verbera Dire,
Animate pigros tetra colabros
Turba sororum, tuque flagellis
Metuenda tuis, Nemesis, pestes
Hortare tuas; ipsa furoris
Ebria, vires viribus adde.
Et sanguineos voluens oculos,
Finde immanis iugera dorso
Vltice manu, lanient humeros
Robora latos donec cadant
Fessa labori: tum sulphureas
Pretende faces, & nebulosi
Repleant ignes ora gementum.
Omnis scabibus annulsa ruat
Regia ditis, rotus furijs
Ingruat Acheron, impete denso.
Currat Erynnis, frendeat Eumenis,
Lassata malis, non satiata:
Vires doleat prodere sensus
Crescat panis pœnarum sitis:
Nec sic tanti pausa doloris:
Sic sic inuenerit Atheos plecti.
Nos, meliori Pallade tincti,
Canimus celsi iura Tonantis
Religionis dociles, Superum
Regem supplice voce ciemus:
Hilaris vultu testata Deum
Machina mundi resonet laudes

Omnipotentis